



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 178. Occasio diffensionum inter utrumque

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

pore Alphonsus Pontifici offensus, nul-^{Sæcul. XV.}
 lam odii ac vindictæ exercendæ oppor-^{A C. 1455.}
 tunitatem prætermisit; ex illis vero, qui
 sese huic contentioni implicarunt, aliqui
 Papæ exprobrabant, dicentes, indignum
 esse, quod a Rege animum suum averte-
 ret, cum tamen in ejus ditionibus natus,
 illius olim domesticus fuisset; ac paulo
 ante ejus auxilio ad Cardinalitiam digni-
 tatem ascendisset: alii econtra, qui su-
 premo Christi Vicario debitum subtrahi
 obsequium ægre ferebant, in Alphonsum
 Arragoniæ Regem culpam rejecere; &
 forte non immerito, si rationes, quibus
 Rex se ad tantam arrogantiam incitatum
 jactitabat, perpendantur. Postulabat e-
 nim Alphonsus a summo Pontifice, ut non
 modo illum, sed etiam Ferdinandum
 Nothum ejus filium, quem eo ex fine Eu-
 genius, & Nicolaus Pontifices natali-
 bus restituebant, in jure ad Neapolis re-
 gnum confirmaret, sed insuper petiit, ut
 ei Marchiam Anconitanam, pluresque a-
 lias urbes, quæ ad Ecclesiæ Patrimo-
 nium pertinent, traderet.

§. CLXXVIII.

Occasiones simultatum inter utrumque.

Nihil tamen acrius Alphonso bilem mo-^{Comment.}
 vit, quam quod Calistus Papa plures ^{Pii II. lib. 2d}
 urbes recuperasset, pluraque jura a Nea-^{Antonin.}
 tit. 22, §. 1.
 polis

Sæcul. XV. polis ac Siciliæ Regno, quod utrumque
 A.C. 1455. licet Sedi Apostolicæ obnoxium Rex sibi
 arrogaverat, ademisset, ac denique ibidem
 Ecclesiæ jurisdictionem reduxisset, sibi
 collationem beneficiorum vindicans, eo-
 quod Rex illa non raro subditis suis, vel
 propter ætatem, vel ruditatem, aut morum
 pravitatem indignis conferri curasset, vel
 ipsus auctoritate sua contulisset, parum
 sollicitus, cujus conditionis essent, qui ad
 ejusmodi beneficia ab eo obtainenda se
 fisterent, dummodo propriæ suæ utilitati
 satis prospectum esset, & pecuniæ of-
 ferrentur; Alphonso enim criminis daba-
 tur, imo communis jamjam rumor erat,
 quod is beneficium haud ullum esset ob-
 tenturus, qui non prius aurum Regi de-
 disset. En contentioñis caussas, quæ
 summum Pontificem justa in Alphonsum
 indignatione commotum ostendunt; illi
 enim vel maxime incumbebat ejusmodi
 licentiis frænum injicere, ac propugnare
 rerum sacrarum nundinationem abolere.

§. CLXXIX.

Puellæ Aurelianensis vindiciae.

Bellefort.
Hij. Franc.
lib. 15. c. 16.

Monstrelet.
vol. 3.

Carolus Galliarum Rex putabat se sui
 nominis studio adstrictum, ut famam
 Aurelianensis puellæ redintegraret, quæ
 olim Anglis toto regno pulsis, Rothoma-
 gi ad rogum damnata obiit; quocirca
 Virgi-